



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

IX. Die Febrvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## IX. DIE FEBRVARII.

M. ANTONIVS MILO  
SEU MELLVS.

Lustianus &  
Conimbricæ  
9. Febr. 1593.

**C**onimbricæ Grammaticæ do-  
cendæ præterat eo nomine, vt  
summa in eo omnia dicerentur,  
quæ Societas in nobis requirit, amat  
estimat. De Societatis progressibus  
benè multa & accuratè adnotarat.  
Mirum fuit & planè ad B.V. honorem  
propagandum natum ingenium, quid-  
quid ageret diceretue. Morienti qui  
aderat Pater, illum enixè rogauit, vt  
vbi in Cælum appulisset, præcipuum  
quoddam studium sibi aduersus DEI-  
PARAM impetrarer; subrisit ille; & or-  
rare pro se iussit, vt in Cælū appellat:  
curæ sibi fore, vt promissi immemo-  
rem non experiretur. Illo vita functo,  
eorum licet oblitus Pater ille, sensit  
luculentè sibi pectus intimo & fla-  
granti erga D E I Matrem religiose  
colendam studio magnopere accendi,  
eamque flammam indies crescere, si-  
biique stimulus addere ad DEIPARAM  
omni ope colendam.

P. MARTINVS  
PELAEZ.

Hispanus  
9. Febr. 1614.  
Stat. 55.  
Soc. 34.  
Vocation.

**H**ic in ætate adhuc tenera delibe-  
ranti, num exemplo Germani sui  
natu maioris militia nomen dare de-  
beret, Christus adfuisse monuisseque  
dicitur, vt latinis literis operam, de-  
inde Societati nomen daret. Compluti  
literas aggressus, in sancta illa desti-  
natione elanguit. Sed Christus paru-  
lus per quietem bis illi iam 21. annos  
nato spectatus, illum iterum ac tertio  
monitum minaciter, proposito salu-

tis discrimine, iussit statim Societatem  
inire. Patuit Toleti adoptatus: in So-  
cietate sive Nouitios Mexici, sive  
Peruanam Provinciam regeret, atten-  
tus disciplinæ custos, sensus omnes  
in fræno habuit, silendi & orandi stu-  
dio, ac charitati præcipue addictus;  
vnde & *Patris pauperum* nomen tulit.  
Illi rectio suavis, minime violenta.  
*Christus parvus ns.*  
IESVs inuisit, solatus est, & mortem  
iam in foribus adesse prædictit, quam  
Martinus incredibili desiderio expe-  
tebat: & rogantibus, vt pro vita pro-  
roganda Deum oraret, negabat se id in  
animum sibi posse inducere; dolere se,  
quod omnem vitam ductui diuinæ  
prudentiæ non vndeque accor-  
modasset.

P. GASPAR  
MASIVS.

**C**onstantiâ viræ sibi semper simi-  
lis; & accuratâ silentij; ac disci-  
plina reuerentiâ inter primos habitus.  
Cum Societati ineundæ se pararet,  
nocte ante S. Synaxim percipiendam  
proximâ solebat perugil manere in  
oratione Dei. Id in illo præcipuum,  
quod aded attentè vixerit, atque si in  
quauis occupatione mortis nuncium  
operiretur. Vnde roganti; *quid faceres,*  
*si tibi ad scholas, vel recreatione eunti nunciaretur mors post hora spatiū obeunda?*  
Respondit, se tum etiam ad seholas,  
*vel recreationem ex obedientiæ desti-*  
*natione iturum. Quod religiosè in-*  
*tellectum indicat, quam parato sem-*  
*per animo fuerit, quamque nobile sit,*  
*vitam in obedientiæ ac disciplinæ re-*  
*ligiosæ accuratione finire.*

R.P.MV-

Gallus Tur-  
noni. 9. Febr.  
1617.  
Soc. 10.  
Ench.

R.P.N.MVTIVS VITEL-  
LESCVS PRÆPOS.  
GEN. VI.

Italus Ro-  
mæ 9 Feb.  
1645  
*Modestia.*

*Vocatio.*

B. V.  
*Mortis.*

*Superior.*  
*Charitas.*

S.P. Ignatii.

**R**omæ illustri domo natus 1563. 2. Decemb. In seculo castitatis voto se obligans. Excelsum, sed modestum ingenium. Nostorum modestiæ misericordie capiebatur, quæ illi ferè facem prætulit ut Societatem amaret, se illam aditum voto promitteret, oborta obstacula peruerceret; denique illam anno 1583. 15. Augusti inirebat: quem ille diem quotannis palam in triclinio pridie flagellis cädens honorabat gratus, dum per æratem licuit: eoque die ad Societatem aliquem recipiebat, honori DEIPARA triumphantis. Magnæ in illo dotes elucebant, cum Romæ Philosophiam, Theologiamque doceret, cùm ad concionem diceret Afflens, & aliás, cùm provincias regereret, ac demum Societatem viuieram à 15. Novembris anni 1615. usque ad annum 1645. gubernaret. Præpositorum Generaliū ad admirabilitatem usque longè suauissimus, sibi semper simillimus; ad leuamentum affictorum mirè dexter, ac perspicax agendorū. Aperte illi semper ad audiendum aures, patientiâ maiore, quam sperari posset ab homine adeò occupato; erectus animus, & quantum citra iniuriam instiuti licebat, indulgens. Honorare omnes illi planè innatum. S. P. Ignatium & Xauerium, Paulum, Ioannem, Iacobum tres Martyres in Sanctorum, Franciscum verò Borgiam in Beatorum catalogum ritè adscriptos annum secularē confirmatæ Societatis, suæ refectionis tempore vidit, & gauisus est. S. Philippo Nero familiaris fuit, & charus. Hunc à se in Ecclesia Salu-

sum fuisse scribit P. Julius Mancinellus, celebris à sanctimoniorum opinione vir dictumq; à S. Francisco Assisinate, qui & ipse tunc aderat, hunc fore Societatis Generalem. Idem illi alias quoque ostensum diuinitus, de quo in vita plura.

*S. Francisc.*

P. IOANNES  
AVELLANEDA.

**G**adibus ita vixit, ut pieratis odore Anglus Gadibus 9.  
Gaffaret alios; eoque aliqui diuinum officium cum eo recitare desiderarent, inflammandæ vicino studio Feb. 649.  
pietatis. Inde operiebantur studiosè etat. 28.  
externi, ut sacrificio diuino operantem Missa.  
audire possent; adeò sancte sancta tra-  
stabat. Angelica illi castitas micabat Modestia.  
in oculis modestiæ summâ custoditis. Ad ægrum adeundum aliquando se acrius incitari animo sensit: adiit, & morientem, atque quod Angelus hic sibi tam opportune adesset gauden-  
tem inuenit. Parentes illius foras ob fidem exuti, in re tenui exules ob-  
iêre: auunculus de Societate, Lon-  
dini in eiusdem fidei odium interne-  
ctus. Ipse Gadibus ad inclytam inter  
peste afflatos in obsequio charitatis  
moriendi spartam egressurus, domi  
omnium pedes humili osculo saluta-  
uit. Peste contactus, & in destinato  
socijs eo malo afflati valetudinario  
Sacramentis omnibus instructus, P.  
Sancium Mendosam, qui eo in munc-  
re nuper obierat, sibi videre est visus.  
Nec desinebat illi aduentum gratulari,  
illius pulchritudinem laudare, illum  
amplecti velle, ac demum ad felix iter  
inuitare. Ita decessit eodem die ac an-  
no, quo Carolus Angliæ Rex Londini  
à rebellibus capite truncabatur. Ago  
de illo fusius in heroibus & victimis  
charitatis ad annum 1649. à pag. 448.

*Mortuus*  
*apparet.*

X.DIE